



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Concilium Tridentinum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

aqualibus, cum cappa; Metropolitanus in digniori loco, prope altare scilicet, sine assistentibus, & sine circulis Canonorum: cum ceteris ritibus cœroniali Episcoporum.

- 14 Impedito Cardinali suffraganeo, ne congregationibus intersit, mittuntur duo Episcopi, ut votum illius exquirant, & ad alios reportent. *Vide supra V. Cardinalis num. 7. & seqq. V. Canonatum collatio. num. 6. Dispensatio num. 8. Subsidiuum Caritatum num. 8.*

### Concilium Tridentinum.

- 1 Prohibentur Glossæ, Commentaria, Annotationes, & Scholia super Decreta Concilij Tridentini, præterquam à deputatis à Papa. Pius IV. Anno 1563.
- 2 Sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ ijs Prælati, qui prædicta ediderint. *ibid.*
- 3 Declarationes Concilij Tridentini non probant in foro contentioso, nisi afferantur authenticæ, cum sigillo, & subscriptionibus officialium Congreg. Conc. in Decreto impresso die 2. Aug. 1631.\*
- 4 Prohibentur omnino translationes Concilij Trident. in Gallicam, vel alias linguas. Congreg. concil. 2. Iunij 1629.\* addidit pœnas Iudicis librorum prohibitorum. Cong. Iudicis 15. Nouemb. 1629.\*
- 5 Reuocata sunt omnia priuilegia in ijs, quibus contrariatur Concilio Tridentino. Pius IV. 13. Martij 1565.
- 6 Ne exigantur iuramenta contra Decreta Concil. Trid. sub pœna suspensionis à diuinis, vel interdicti, vel excommunicationis pro varietate personarum, Pape reseruata. Gregor. XIII. Anno 1584. *V. Libri prohibiti. num. 15. 16.*

### Concio Sacra.

- 1 Episcopus concionari potest in Ecclesijs Regularium. Congr. Episc. 17. Ianuarij 1584.
- 2 Si concionatur Episcopus in propria Ecclesia, non potest præterelegere eleemosynam solitam dari alijs concionatoribus. eadem 30. Ianuar. 1615.
- 3 Quo tempore Episcopus concionem

habet nemo alius, neque Regularis, concionetur. Prou. 4. Ex Decreto Clem. V.

- 4 Non potest Episcopus concionari extra suam Diœcesim. Decisum à Clem. VIII. referunt DD. apud Barbof. *alleg. 76. num. 2.*
- 5 Curati animarum festis saltem diebus populo prædicent. Trident. *sess. 5. cap. 2. sess. 24. cap. 4.*
- 6 Idem per se, vel per alios impensis suis prædicent omnibus diebus festis, & in Quadragesima, & Aduentu, quotidie, vel saltem tribus hebdomadæ diebus, & aliàs opportunè, Episcopi iudicio. *sess. 24. cap. 4.*
- 7 Qui è Parochiis concionari nescit, de scripto Homilias pronunciet. Prou. 1.
- 8 Parochi ad altare concionaturi stabunt aperto capite, neque tunc altaris candelæ extinguantur. Prouinc. 6.
- 9 Si pulpitem ascendant inter Missarum solemnias, casulam deponant, & eo casu caput tegant, sedent, ut maluerint. *ibidem.*
- 10 Munus prædicationis committi potest per Episcopum etiam clerico, qui non sit in sacris. Decisum referunt DD. cit. à Barbof. *alleg. cit. num. 45.*
- 11 Nullus secularis, siue regularis, etiam in Ecclesia sua, contradicente Episcopo, prædicare præsumat. Trident. *sess. 24. c. 4.*
- 12 Regulares in suis Ecclesijs non nisi approbati à suis superioribus, & de licentia eorumdem cum benedictione Episcopi prædicare possunt. *idem sess. 5. c. 2.*
- 13 Extra suas Ecclesias concionaturi licentiam ab Episcopo cum benedictione petant. *ibid.*
- 14 Quatuoraginta neque per se, neque per alios prædicent. *ibid.*
- 15 Concionatores quicumque ante, & post concionem Quadrages. adeant ipsimet Episcopum. Prou. 7.
- 16 Tenentur predicatorum benedictionem petere ab Episcopo quouis tempore, nedum in Quadragesima, & Aduentu. Congr. Episcop. 16. Octob. 1601.
- 17 Qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, sine licentia Episcopi, prædicare præsumptè puniri possunt ab Episcopo. Gregor. XV. 5. Februar. 1622.
- 18 Item, & ij, qui in suis Ecclesijs, Ordinum